



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Pauli monitum, quo Christianos calceari vult ... Ephes. 6. 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

cilationem, veniam delictorum significat, ut $\text{D}^{\text{H}}\text{W}$ apud Hebræos, & Latinis scriptoribus pax Dei vel Numinis. Hanc pacem Messias adferret. Ejus causa $\epsilon\upsilon\delta\omicron\kappa\iota\alpha\ \epsilon\upsilon\ \alpha\eta\tau\rho\acute{\alpha}\pi\tau\epsilon\iota\varsigma$.

I

PAulus, ut Christianos, quibus plurima imminebant pericula, non tantum à gentibus quæ nondum Christo dederant nomen, sed præcipuè à tentationibus Diaboli, cum illis non esset $\eta\ \pi\acute{\alpha}\lambda\eta\ \pi\rho\acute{\varsigma}\ \alpha\iota\mu\alpha\ \&\ \sigma\acute{\alpha}\rho\kappa\alpha$, ἀλλὰ πρὸς Ephes. 6.
 $\pi\rho\acute{\varsigma}\ \alpha\rho\chi\acute{\alpha}\varsigma$, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τὰς 12.
 $\eta\sigma\omicron\mu\omicron\kappa\rho\acute{\alpha}\tau\omicron\upsilon\sigma\alpha\varsigma\ \tau\tilde{\epsilon}\ \sigma\omicron\kappa\omicron\tau\epsilon\varsigma\ \tau\tilde{\epsilon}\ \alpha\iota\omega\tilde{\nu}\ \&$
 $\tau\tilde{\epsilon}\tau\epsilon$, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας
 $\epsilon\upsilon\ \tau\omicron\iota\varsigma\ \epsilon\pi\chi\rho\alpha\eta\iota\omicron\iota\varsigma$, ad constantiam
 adhortaretur, ut non succum berent & malis vincerentur, voluit eos iis omnibus instructos, quibus & tutos se præstare, & vim illatam possent repellere. $\Delta\iota\acute{\alpha}\ \tau\tilde{\epsilon}\tau\omicron$,
 $\text{inquit,}\ \alpha\upsilon\alpha\lambda\acute{\alpha}\beta\epsilon\tau\epsilon\ \tau\eta\eta\ \pi\epsilon\iota\upsilon\sigma\omega\pi\lambda\iota\alpha\upsilon\ \tau\tilde{\epsilon}\ \Theta\epsilon\tilde{\upsilon}$, vers. 13.
 $\epsilon\upsilon\ \alpha\ \delta\upsilon\eta\eta\delta\eta\tau\epsilon\ \alpha\eta\tau\pi\sigma\eta\eta\upsilon\alpha\ \epsilon\upsilon\ \tau\eta\ \eta\mu\acute{\epsilon}\rho\alpha\ \tau\eta\ \pi\omicron\eta\eta\epsilon\tilde{\alpha}$, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι
 $\epsilon\tilde{\eta}\eta\upsilon\alpha\ \&$ eleganti translatione à militia veterum, hominis Christi-
 E ani

ani dona sub armorum, quæ in usu erant illis temporibus, emblemate describit. Arma varia dum recenset, etiam meminit calceorum, quibus pedes vult muniri. Καὶ ὑποδησάμενοι, inquit, τὰς πόδας ἐν ἔτοιμασίᾳ τῆς εὐαγγελίᾳ τῆς εἰρήνης.

¶ 15.

II. Inter arma, quibus instructum hominem Christianum vult Apostolus, optime calceorum mentionem facit, ut muniti sint pedes. Negant quidem Iſti calceamenta armorum nomine contineri, uti notavit magnus noster Desiderius Erasmus: attamen veteres pedes calceis munivisse, multa ostendunt. Apud Plautum cum Stasimus pugnandi ornamenta pararet, statim de calceis est sollicitus.

Erasm. ad h. l.

Plaut.

Trin.

Act. 3. Sc. 2

— *Quid ego nunc agam?*

Nisi ut sarcinam constringam, & clypeum ad dorsum accommodem: Fulmentas jubeam suppingi soccis: non fieri potest.

Video caculam militarem me futurum haud longius.

Grot. ad h. l.

Milites caligati sunt, optime notavit vir illustris Hugo Grotius. Sane